



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Missa an solum pro sit celebranti. tit. 106

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

pione per Christū, & singulis alijs beneficijs, & sic etiam alloquimur sanctos & angelos Dei, vt pro nobis precentur, vt Deus distribuat, &cæt. Ex hoc liquet, quod etiam Missa alijs quam celebranti proficit. Nam licet communio solum proficit celebranti, orationes tamen & collectæ profunt multis alijs & circuistibus, presentibus, absentibus, prelatis & subditis, quia toti Ecclesiæ videlicet prodit hæc oratio.

Tertio, fructus Missæ sunt, Primò, confirmatio in fide passionis Christi: qui enim frequenter adest Missæ, & videt in eleuatione corpus & sanguinem Christi, & pensat illa, cogitando: Ecce hoc corpus protre traditum est in cruce. Hic sanguis effusus est pro remissione peccatorum tuorum, Matth. 26. Hæc cogitatio confirmat fidem, accendit deuotionem cordis, mouet ad orandum & gratias agendum Deo, dat occasionem cogitandi peccata sua, &cæt. Sic Act. 2. Erant perseverantes in fractione panis, doctrina & oratione. Et sic crevit Ecclesia: sed postquam conciones sunt factæ bella, oratio reiecta, Missa blasphemata, decrescit Ecclesia. Secundus fructus est confirmation in bello contra satanam: quotidianum bellum agimus Ephes. 6, cum satanam, & quia circa Missam accipitur Christus spiritualiter, aut etiam corporaliter & spiritualiter, idè timet satan tales aggredi. Nam videt Christum esse in homine, Ioan. 6. Qui manducat me, &cæt. Roman. 8. Si Deus nobiscum, &cæt, cui iterum incorporamur. Vide spra quid sit Eucharistia.

*MISSA AN SOLVM PRO  
sit celebranti,*

**TITVLVS CVI.**

PRIMÒ, in omni Missa duo fiunt, Iesus & sumptuo sacramenti, sicut CHRISTVS præcipit Matth. 26. Accipite comedite: & sic esus sacramenti

cramenti solūm prodest celebranti, sicut & Baptil-  
mus solūm suscipienti. Sed cùm in officio Missæ nos  
solūm comeditur corpus & sanguis Christi, sed eu-  
fiunt orationes pro omni statu, gratiarum actiones  
pro redēptione facta omni populo. Postremo peti-  
tiones, vt efficacia mortis Christi nobis omnibus pro-  
fit, & pater nostr̄ dignetur misereri, propter eundem  
actum & vietimam crucis, Esa. 53. Sic Missa nō solūm  
celebrāti, sed etiam absentibus viuis & mortuis pro-  
dest, pro omnibus enim orat sacerdos, Agnus Dei qui  
tollis peccata &c.

Secundò, sacerdos in omni Missa quotiēs celebra-  
orat pro tribus gradibus. Primò, in genere pro toto  
Ecclesia catholica, id est, pro omnibus Christianis di-  
cit: Te clementissime pater rogamus propter Do-  
minum nostrum Iesum Christum, non propter no-  
stram iustitiam, vt Ecclesiam sanctam tuam catholi-  
cam digneris pacificare, id est, conciliare contra infi-  
deles, Gentes, Iudæos, Hæreticos. Secundò, custodi-  
re, tueri à vitijs carnis, & impugnationibus satanæ,  
ne iterū amittamus gratiam. Roman. 8,1. Conn. 3.  
Tertiò, adunare, id est, congregare, vt in uno corpore  
uno ore & mente glorificemus Deum & Patrem Do-  
mini nostri Iesu Christi, Roman. 15. & ne sint in nobis  
schismata, 1. Cor. 1. Quartò, suo spiritu regere inter ad-  
uersa & prospera, &c. Psal. 22. Dominus regit me &c.

Secundò, orat sacerdos in Missa pro capitibus Ec-  
clesiæ: & rectoribus spiritualibus & temporalibus,  
Papa & imperatore, sicut paulus præcipit 1. Timo-  
th. 2. sub Papa compræhenditur totus clerus, sub Im-  
peratore totus magistratus nobilium, principum, &  
senatorum ciuitatum, vt Deus velit illis dare ani-  
mum mitem & mansuetum, nè insurgant alter ad-  
uersus alterū, & sic communis tranquilla vita de-  
struatur per bella & tumultus. Ideò inquit Apostolus  
Pro omnibus in sublimitate constitutis, vt vitam

tranq-  
pietas  
saluati-  
ri, &c  
ones  
pollo  
Te  
missi  
Domini  
ta Mo-  
riam  
Chris-  
longi-  
dem  
cifum  
paten-  
teret,  
flas-  
or effi-  
stante  
ferico  
omni  
40,0

## TITVLVS CVI.

281

tranquillam & placidam agere valeamus in omni  
pietate & iustitia. Nā hoc salutare est, & acceptū Deo  
saluatori nostro, qui vult omnes homines saluos fie-  
ri, &c. Sic etiam pro statu spirituali, ne sectæ, dissensi-  
ones & hereses crescāt inter illos, sicut orat etiam A-  
postolus Roman. 15. vt Deus det id ipsum sapere, &c.

Tertio, orat sacerdos in Missa pro specialiter com-  
missis personis viuis & defunctis, dicens: Memento  
Domine famulorum famularumque tuarum. Sic Bea-  
ta Monica rogat Augustinum filium, vt illius memo-  
riam habeat circa altare, libr. 9. confessionum. Et  
Christus Ioan. 14. post cibationem Sacramenti facit  
longum sermonem & multas habet petitiones in eo-  
dem August. Epist. 95. quōd oratio in Missa est effica-  
cissima, quia vñā cum filio in ea coram facie Dei ap-  
paremus, ac si quis cum filio regis coram patre appa-  
ret, is eo citius exaudiretur & cæt. licet etiam alia  
suffragia prosunt extra Missam, attamen hæc efficaci-  
or est: sic quoque orat pro circumstantibus, & circu-  
stantes etiam orant, & se Deo offerunt petentes mi-  
sericordiam propter Christum. Vndē sacerdos etiam  
omnes orationes concludit propter Christum.

Ioan. 15. 16.

17.

*AN MISSA SIT SACRIFI-  
CIIUM, aut testamentum, aut promissio re-  
missionis peccatorum, aut opus  
bonum.*

## TITVLVS CVII.

Rimò, contra festarios hoc cum catho-  
lica Ecclesia est credendum & tenendū  
quōd missa sit sacrificium verum, non  
pœnale crucis & sanguinolentum, sed  
verum, mysticum, & alio quodam mo-  
do, quam erat crucis. Secundò, Missa non est testamē-  
tum,